

## VELLEIO PATERCOLO, II 70

*Caesar et Antonius traiecerunt exercitus in Macedoniam et apud urbem Philippos cum Bruto Cassioque acie concurrerunt. Cornu, cui Brutus praeerat, impulsis hostibus castra Caesaris cepit (nam ipse Caesar, etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico, ne in castris remaneret, manifesta denuntiatione quietis territo), id autem, in quo Cassius fuerat, fugatum ac male mulcatum in altiora se receperat loca. Tum Cassius ex sua fortuna eventum collegae aestimans, cum dimisisset evocatum iussissetque nuntiare sibi, quae esset multitudo ac vis hominum, quae ad se tenderet, tardius eo nuntiante, cum in vicino esset agmen cursu ad eum tendentium neque pulvere facies aut signa denotari possent, existimans hostes esse, qui irruerent, lacerna caput circumdedit extantamque cervicem interritus liberto praebuit. Deciderat Cassii caput, cum evocatus advenit nuntians Brutum esse victorem. Qui cum imperatorem prostratum videret: "Sequar", inquit, "eum, quem mea occidit tarditas", et ita in gladium incubuit. Post paucos deinde dies Brutus conflixit cum hostibus et victus acie cum in tumultum nocte ex fuga se recepisset, impetravit a Stratone Aegeate, familiari suo, ut manum morituro commodaret sibi; reiectoque laevo super caput brachio, cum mucronem gladii eius dextera tenens sinistrae admovisset mammillae ad eum ipsum locum, qua cor emicat, impellens se in vulnus uno ictu transfixus expiravit protinus.*

1. Velleio nella sua narrazione costruisce un quartetto simmetrico di protagonisti, Ottaviano/Cesare e Marco Antonio da una parte, Cassio e Bruto dall'altra. Chi è però, secondo Velleio, il vero vincitore di Filippi? Da cosa si ricostruisce?
2. Qual è il ruolo di Artorio nella vicenda? Cosa dice di lui Velleio? Come tradurresti un'espressione come *manifesta denuntiatione quietis territo*?
3. Altro personaggio di rilievo nel racconto è l'*evocatus*. Chi è? Nel suo giungere in ritardo con la notizia risolutiva della situazione (un po' come il fraticello inviato a Mantova da frate Lorenzo), l'*evocatus* finisce per essere il perno risolutivo del racconto. Una serie di segni esteriori malamente interpretati prevalgono infatti sulla verità. La *doxa* batte l'*aletheia*. Quali sono questi segni? Perché un *evocatus* aveva già in sé un *omen* negativo?
4. Il racconto narra, nel complesso, di tre morti simili, eppure diverse. In che cosa consistono, a tuo giudizio, somiglianze e diversità?
5. Cassio e Bruto possono contare, nel momento supremo, sull'aiuto rispettivamente di un liberto e di uno schiavo (interpreto come tale il *familiaris* riferito a Stratone), che difatti offrono opera leggermente diversa, e coerente al loro rango sociale. In che senso?
6. Come tradurresti, alla riga 2, *acie concurrerunt*?
7. A cosa si riferisce *cursu* alla riga 8? Come tradurresti il nesso cui appartiene?